



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

De timore seruili inijciendo. 32

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGARITAE EVANG.

dē in stadio currunt, sed vnus tantū accipit, qui sunt omnes illi, qui vnum cum Deo efficiuntur.

De abiiciendo omni seruili timore.
re. Cap. XXXII.

Postquam ergo attendita meditatio mortis, & iudicij extremi, poenarumq; inferni & gaudij aeternae vitae hominem fecit a peccatis abstinere, & mundū fugere: ipseq; iā homo ad scholā Christi, & ad vitā spiritualem, iuxta euāgelica Christi consilia se cōtulit, & dño Deo suo fideliter promisit seruiturum se illi in perpetua castitate, paupertate & obedientia, carnemq; suam cum vitijs & cōcupiscentijs crucifixit, & amorosam vitam ac passionem atq; imaginem Christi cordi suo impressit, eiusq; internos cruciatus et virtutes in anima sua collegit, eleuans iā cū pura fide in Deum cogitationes suas, & intellectū cū secura spe, & voluntatē in ardētissimo amore vnitā habēs, prout supius dictū est, etiā timor Dei adesse debet. ¶ Sicut em̄ per amorē oēs virtutes acquirunt, ita per timorē & humilitatem acquirite iā virtutes custodiunt, non quidē per seruilē illū timorem, q; seipsum q̄rit et lucrum suū, timēdo mercedem perdere, et poenā aut confusionē incurrere, sed per filialem timorē, q; ex amore nascit, qui in omnibus pure Deū q̄rit & inuenit, etq; ex amore cum omni diligentia reuertet ac timet. Qui mētem inhærere Deo facit, ipsamq; cōstringit in vinculo dilectiōis & pacis ad seruādum vnitatē spiritus: Sēperq; nos sollicitos reddit, ne quid forte admittamus, quod Deo in nobis displicere possit, ob quod facie suam a nobis abscondat, ne ve eius bonis siue donis
ob

LIBER I.

ob ingritudinē spoliemur, & ne forte eius charitati satisfacere non possimus. Ille est diuinus timor ex amore procedens, in quo omnis perfecta salus consistit. Hic est spiritus ille timoris domini, qui omnia interiora animæ replet & vnit in Deo, ostēdens animæ occultas semitas Dei. Que profecto anima audire meretur: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus eius. Vos autē dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. Hic iam cedere oportet oēm seruilem timorem, qui poenā & curas multas habet, remanetque saluberrimus ille diuinus timor, in q̄ est omne bonū. Nūc igitur o vos timidi & modicę fidei, nolite timere, nolite vos ipsos q̄rere: sed querite, sed time te, sed reueriamini dñm Deū vestrum, & inuenietis eum, in quo est omne bonum, & nihil vobis deerit. Hinc ait S. Augustinus: Cū adhæreo Deo meo cum omnibus viribus meis, vndiq; bene est mihi, & nusq; labor. Quia vita mea repleta est bonis, & ita sto securus. Quisquis enim ad eum introierit, in gaudium intrat domini sui, & non timebit, sed bene erit ei. Quod sanctus Dauid insinuat, dicens: Dominus mihi adiutor est, nō timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor est, & ego despiciam inimicos meos.

Qualiter in amore proficere debeamus.

Cap. XXXIII.

Absiciamus ergo omnem inutilem seruilem timorem, & convertamus nos ad electionem filiorū Dei. Honoremus Deum tanq̄ omnipotentē dñm, qui conseruator et protector noster est. Honoremus & timeamus eum tanq̄

R iij patrem